Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Capitulum

Postquam enim demonstrauit data & exposita ge
nerali diffinitione quomodo intelligenda sit ierarchia secundum an
gelicam humanam ordinationem diuina enim quia infinita est
diffiniri non potest. nec de angelica ierarchia specialiter tractare
incipit primum ostendens quomodo nomina angelorum quae ab hominibus
et hominem data sunt nulla spiritalia celestia nata intelligenda
sint. Continuat praecedentia ad narrationem subsequentem dicens.
Igitur ierarchia quidem ut estimo bene a nobis diffinita. angelica et
inde laudanda ierarchia. mirabilesque ei melodis formarum fac
turae super mundanis oculis intuendae. Acsi dicat. Postquam secundum nostram
estimationem bene ostendimus quid sit ierarchia. ex diffinitione
ei apposita. nec sequens est ut laudemus angelicam ierarchiam. i.
ut ostendamus quomodo laudata sit inscriptis sacris. siue quantum ex his
quae de ipsa dicta sunt laudabilis appareat demonstremus. Et ad hoc
demonstrandum sequens. ut mutemus super mundanis oculis. i.
spiritalibus & spiritualiter uidentibus oculis. mirabiles facias. i. positiones
et adaptationes formarum quae melodis sacris illi attribuuntur. admu
sibile ei naturam demonstrandam. Iudo autem spiritalibus oculis ea quae sibi
ut apponuntur intuenda sunt. ne hoc solum esse putet quod uidet. ne
mens illo remaneat quod foris aspicit. sed illud quod uidetur in
demonstratione apponitur. ad aliud uerum & sublimius contemplandum
eniitur. Iudo sequitur. Vt ascendamus in dei formissimam eorum scilicet
angelorum simplicitatem. per mysticas formationes. Iudo magis super
mundanis oculis intuendae sunt. mirabiles formarum facies. ut per
ipsas mysticas formationes exterius sensibiliter datas excitati. interius
sec ascendamus ad dei formissimam eorum scilicet angelorum simplicitatem.
Qui in multiplicitas quidem angelis est ipsa pluralitas exterius demonstratur
mysticarum formationum uarietas. simplicitas autem illorum spiritalis